1485. die 17. Octobris. Ex Orig: Conventi Augustt:



96

# Indulgentia ad Altare Beatæ Virginis Mariæ

Hieronimus Lando Venetus miseratione divina Sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarcha et Archiepiscopus Cretensis, universisque et singulis Christi fidelibus presentes nostras literas inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem. Licet rex cælorum et dominus, de cujus gratia et munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de abundantia sue pietatis quod merita supplicum excedit, et vota bene famulantibus sibi multo majora retribuat quam valeat promereri. Nos tamen optantes Creatori Nostro populum reddere acceptabilem, et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad majestati suæ complacen: quasi quibusdam allectivis muneribus indulgentijs videlicet et peccatorum remissionibus, quantum cum Deo possumus, invitamus, ut exinde divinæ reddantur gratiæ aptiores; et in odorem unguentorum, idest bonorum operum frugalitatem, merito currere valeant. Cum igitur dilectus nobis in Christo Gaspar Rzepcha Civis Varsaviensis infrascripti Altaris Collator, qui ex visitatione sacri Dominici sepulchri peregrè veniens, huic insuli nuper applicuit motus devotione. Altare gloriosissimæ virginis Dei Genitricis Mariæ constructum in ecclesia gloriosi Divi Martini Ordinis fratrum Sancti Augustini diocesis Posnaniensis

posita

posita in Civitate Varsaviæ, fidelis po:
puli concursu adugeri desyderet, et conceden:
te domino ejusdem Altaris ædificium fidelium
concursu, et pijs eorum Elemosynis instau:
rari, repararique cupiat, nobis humiliter
supplicavit, ut hujusmodi altaris devotio:
nem conceptam, quomagis indies clarescat
et augeatur aliquo spirituali munere, et
gratia ab altissimo nobis concessa prosequi
dignaremur. Nos vero qui quoquomodo in do:
mini Vinea laborare tenemur, cunctaru
cupientes salutem animarum. Sperantes
divinam bonitatem suppleturam, quod no:
stris meritis non valeamus. Sequentes
consuetudinem Prædecessorum nostrorum
Patriarcarum Sanctæ Constantinopolita:
næ Ecclesiæ tenore præsentium. Uni:
versis et singulis Christi fidelibus, verè
præsentibus corde contritis et confessis,
qui devotè dictum Altare gloriosæ Vir:
ginis Mariæ, singulis diebus festivita:
tum Natalis domini Epiphaniæ Vene:
ris Sancti Resurrectionis Domini, Ascen:
sionis, Penthecostes, Corporis Christi, o:
mnium Apostolorum, Nicolai et Marti:
ni Confessor, divi Sebastiani Marti:
ris, Sanctarum Catherinæ et Margari:
thæ Virginum et Martyrum, dedicationis
ejusdem Altaris, ac per octavas eorundem
visitaverint; manusque ad fabricam dicti alta:
ris porrexerunt adjutrices: de miseratione, o:
mnipotentis Dei confisi: qui ejus apostolis
per

per universum mundum profecturis, divina et inviolabili largitione concessit, ut quorum peccata remitterent, eis relaxarentur centum dies de iniunctis sibi penitentijs singulis vicibus misericorditer relaxamus. In quorum fidem et testimonium has nostras patentes fieri jussimus, nostrique Patriarchalis sigilli plumbei, quo utimur appensione muniri. Data Candidæ Insulæ in Nostro Archiepiscopali Palatio, currente Anno Dominicæ Nativitatis, millesimo quadringentesimo octogesimo quinto, indictione tertia, die vero Lunæ, decimo septimo mensis Octobris. Pontificatus Sanctissimi domini Nostri domini Innocentij divina Providentia Papæ Octavi, anno secundo, Nostri vero Patriarcatus anno Undecimo.

Et Nos Uriel Dei gratia Episcopus Poznaniensis ratam et gratam habentes concessionem et largitionem indulgentiarum prescriptarum Reverendissimi in Christo Patris domini Patriarchæ et Archiepiscopi, ac in hac ipsa largitione, quantum de jure possumus eidem se conformari, similiter de et autoritate, beatorum Petri et Pauli Apostolorum confisi omnibus et singulis Christifidelibus, qui præfatum altare

visita

visitaverint, et ad conservationem et ma:
nutentionem ejusdem manus suas porre:
xerint adjutrices, contritis et confessis qua:
draginta dies indulgentiarum elargimur
et de ipsis penitentijs relaxamus. In quorum
fidem et testimonium sigillum nostrum
præsentibus est subappensum. Datum Pozna:
niæ die Lunæ 17. mensis July. Anno do:
mini 1409.

Johannes Gregorij de Obornyczki No:
tarius manu propria subscripsit

Antonius Canta.

Nos Nicolaus de Mnyschew dominus
Plocensis Archidiaconus præsentes
indulgentias decernimus publicand
et quorum necesse fuit in Ecclesijs
publicari mandavimus, die Sabbati
Sexta January.

Ta Kopia przepisana z Oryginału
pargaminowego dnia Czternastego Mie:
siąca Września. Roku Pańskiego
1784. u Ktorego Dołu wisi na iedwa
bnych niciach w błękitnym Kolorze
pieczęć ołowiana z wyrazeniem Obra:
zu Matkiey Nayświętszey, z drugiey
strony opis. od drugiey pieczęci oder:
waney Zawiaska pargiminowa pozo:
stała